





1779. 22.  
DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**EXPENSIS LI-**  
**TIS ACTORIA A** 1712. M.  
**REO SUBMINI-**  
**STRANDIS,** 186.

Quam  
DE O ter O. M. aduente,  
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

**DN. JAC. FRIDERICO**  
**LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.  
FAUTORE AC PRÆCEPTORE ÆTATEM COLENDO.

Ad diem Jan. MDCC XII.

IN AUDITORIO MAJORI

Placido Eruditorum Examini submittit

**SAMUEL de COLOSERI,**

Eques Transylvanus.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.



**V I R O**  
PERILLUSTRI ATQVE EXCEL-  
LENTISSIMO  
**DN. SAMVELI**  
**de COLOSERI,**  
SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆ-  
QVE MAJESTATIS AURIFODI-  
NARUM PER TRANSYLVANIA-  
NIAM SVPREMO IN-  
SPECTORI,

**DOMINO ac PATRI**  
PER ÆTATEM OMNI FILIALI REVERENTIA  
PROSEVENDO,



Ihil omnino est, quod hominem magis commendet, quam animus gratus & beneficiorum memor. Quodsi enim ea, quæ acceperis utenda, majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio provocati debemus? annon imitari agros, qui multo plus adferunt, quam acceperunt. Hinc improbus est homo, qui beneficium scit sumere, reddere nescit; atque ut gratiarum actio est ad plus dandum invitatio, ita ingrati animi crimen beneficentiae fontem obstruit; unde Seneca, ingratus, ait, unus miseris omnibus nocet. Sicut vero aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia: ita referuntur gratiae vel re ipsa, vel per voluntatem. Inops enim, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non posset, habere certe potest. Fortunati ditesque

tesque temnunt hamata illa munera & officia superflua, suisque nihil non deberifortunis autumant; inops autem beneficia agnoſcit, prædicat, amat, debitores nobis Deos delegat, ut loquitur Seneca, gravissimus ille Stoicus, precaturque, ut illi pro se gratiam referant. Apud inopem itaque, bonum icilicet, optime collocatur beneficium, de quo si quis bene mereatur, etiam ceteri ejusdem sortis, quorum semper pars major est, paria exspectant officia. Inops ego filius, VIR PERILLVSTRIS, PATER AMANTISSIME, tanta sane a te accepi beneficia, ut calamo vix queam describere. Nec opus est descriptione, TVA enim omnia clarissime & maxime omnibus funt nota benefacta. Quæ quidem eximia ſemper putavi, ita, ut diu multumque apud me deliberarem, qua ratione animum ostenderem gratum. En ad eſt occasio, qua primum foetum studio-

rum Academicorum PER ILLVSTRI TVO  
NOMINI inscribere mihi permissum. Exiguum quidem chartaceum munus; sed  
grati animi tessera, quam ut animo fereno &  
fronte paterna suscipere velis, humillime &  
obnixe rogo. Ego DEUM supplex pre-  
cabor, ut TE, VIRVM PERILLVSTREM,  
PATREM SVMMOPERE COLENDVM, in  
seros annos sospitem servet & in columem,  
omnique felicitatis genere TE semper frui  
clementissime largiatur. Hisce vale & fave,

VIR PERILLVSTRIS, DOMINE ac  
PATER COLENDISSIME,

Bab. Hale d. 4. Jan.  
1712.

Filio obedientissimo

SAMVELI de COLOSERI.



DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
EXPENSIS LITIS ACTORI A  
REO SUBMINISTRANDIS.

CONTENTA TOTVS DISSERTATIONIS.

**V**idus viatori regulariter ad restituendas expensas litis re-  
netur, §. I. quod sub finem processus demum determina-  
natur & proinde ad scopum nostrum non pertinet, §. II.  
Neque agimus de eo casu, quando interdum unus ex li-  
tigantibus sumtu transmissionis, vel denuncians expen-  
sas ad inquisitionem necessarias ad tempiu suppeditare tenetur, §. III.  
Sed questio in praesenti est, an & quando reus mox ab initio litis allo-  
ri expensas subministrare necesse habeat? §. IV. Casus ex l. 27. §. 3.  
ff. de inoffic. testam & textus ex ordinatione Saxonica Eleitorali, §. V.  
nec non ex Magdeburgica & Isenacensi, §. VI. Formatur status con-  
troversie §. VII. Tria requista, si reus actori expensas litis submini-  
strare teneret. Primum adducitur. An differat pauper, mendicus,  
inops & miserabilis in hac materia? §. VIII. Quisnam dicatur pau-  
per in Saxonia judicii? §. IX. Quid alibi? §. X. Paupertas facit  
est & hinc probanda, §. XI. Defenditur contra Didacum Covarru-  
vias, pauperem non gaudere privilegio pauperum in hac materia, si cul-  
pa sua in paupertatem prolapsus, §. XII. Secundum requisitum §. XIII.  
& tertium recensetur §. XIV. Non praeceps requiritur, ut ader pauper  
jam pro se habeat primam sententiam, sed sufficit, modo alia urgens  
præsumtio pro eo militet, §. XV. Quartum requisitum, quod Covarruvias  
in me.

in medium produxit, rejicitur § XVI. & refelluntur rationes ab eo adlate § XVII. & XVIII. Causus aliquot speciales ad banc materiam pertinentes. Primus de filio hereditatem paternam petente, §. XIX. Secundus de filio naturali alimenta exigente § XX. Tertius de uxore cum marito litigante, quando vel maritus eam adulterii insimulat & illa dotem non habet, § XXI. vel quando ei objicitur, quod non fuerit legitima uxor, § XXII. Quartus causus de creditore ego debitorum suum convenienti, cui debitor exceptionem illiquidam opponit. Si plures hypothecae possessores creditorum convenient, singuli non in solidum, sed pro rata ad expensas litis subministrandas condemnantur, §. XXIII. Quintus causus, quando debitoris bona arresto sunt obstricata, §. XXIV. Sextus, si inter Senatum & cives litis exoritur, ubi civibus expensa litis ex publico arario subministranda, §. XXV. Septimus causus de pietatis corporibus & personis misericors post ortum concussum super bonis debitorum, §. XXVI. Dispositio ordinatiois Magdeburgicae de hisce causibus, §. XXVII. Addantur praedicta buc pertinentia, §. XXVIII. Quantitas expensarum subministrandarum arbitrio judicis committitur. Lepidum nonnullorum argumentum ex l. 3. ff. si pars hereditatis perat, §. XXIX. An pauper privilegio pauperum in hac materia gaudet, si actio instituta ipsi ab alio cessa fuit §. XXX. Si pro actore paupere urgens presumit non militat, reue expensas ipsi non subministrat, iudex tamen & Advocatus omnia gratis expedire tenentur, §. XXXI. Subjicitur causa specialis de actore ad privilegium pauperum frustra provocante cum sententia Facultatis Juridicae Hallensis, §. XXXII. Aliud Responsum eundem casum concernens §. XXXIII. Vidua, que jure retentionie gaudet, successori feudaliter expensas litis subministrare non abstringitur, §. XXXIV. Conclusio Dissertationis §. XXXV.

§. I.



§. I.



etum victori ad expensarum resti-  
tutionem teneri : regula & vulgo  
nota & in summa æquitate funda-  
ta est. Scilicet multi ex numero  
actorum sunt, qui nonnisi vexan-  
di animo & ex pruritu litigandi a-  
lios in forum protrahunt : multi  
etiam ex diverso inter reos depre-  
henduntur, qui per calumniam, aut saltem per temer-  
itatem, actionem ab adversario institutam eamque opti-  
mo jure subnixam eludere auctoremque eo adducere stu-  
dent, aut molestiarum litis pertæsus totum tandem pro-  
cessum deferere necesse habeat. Pessimum genus ho-  
minum ! Ergo , ut vel calumniæ, vel temeritati ejus-  
modi malevolorum aliquo modo occurratur : legibus  
constitutum est , ut is , qui in lite succumbit , adversæ  
parti expensas tam judiciales , quam extrajudiciales præ-  
via liquidatione & subsecuta judicis moderatione resti-  
tuat , v. §. I. I. de pan. tem. litig. verb. *bæc autem omnia pro*  
*veteri calumniæ actione introducta sunt , quæ in desvetudi-*  
*nen abicit : quia in partem decimam litis actores multabat ,*  
*quod nequam factum esse invenimus : sed pro his introdu-*  
*ctum est & præfatum iurandum , (calumniæ) & ut im-*  
*probus*

B

*probus litigator & damnum & impensas litis inferre adversario suo cogatur.*

## §. II.

Sed hæc quidem expensarum litis restitutio sub finem processus demum locum habet, unde quoque Collegia juridica, quando sententias prævia actorum transmissione super puncto aliquo incidenti concipiunt, hac formula uti solent: *Die Unkosten belangend / werden dieselbe bis zu völliger Erörterung der Sachen billig ausgezehet; nisi quod in Saxonia nonnullisque vicinis provinciis ille statim in expensas termini (non vero integri processus) condemnari soleat, qui v. g. exceptiones dilatorias quidem opposuit, sed in eventum litem simul non est contestatus, aut contestatus quidem est, sed non debito modo, & quæ sunt similia. Verum enimvero de ejusmodi sumtuum, vel expensarum refusione nobis in prælenti fermo non est.*

## §. III.

Interdum quoque post decretam a Judice actorum transmissionem inter partes litigantes disceptari solet, quænam ex iis surtus ad illam transmissionem necessarios persolvere teneatur? ubi judex consideratis circumstantiis obvenientibus alterutri injungit, *Er solle ad interim die Transmissions-Kosten vorschießen / und wolle man nebst der Haupt-Sache zugleich mit darüber erkennen lassen / wer solche Kosten zu tragen schuldig sey?* Pari ratione, quando quis inquisitionem contracertas personas urget, Fiscus vero defectum sumtuum ad inquisitionem necessariorum allegat atque ex hac causa inquisitio suspenditur: ipse denuncians ad sumptus subministrandos saltē per indirectum compellitur, certior

tior tamen a judice factus: daß nach vollendet inquisition und wann inquisit schuldig erfunden werden / dieser / der inquisit, dem Denuncianten die vorgehoffene Unkosten wiederum erstatten solle. Hi calus quidem in aliquo tertio, prænumerationis scilicet, cum præsenti nostro themate conveniunt; revera tamen & principali- ter nec illi objectum dissertationis constituunt.

## §. IV.

Scilicet, disquirere in præsenti animus est: *utrum reus via juris compelli queat, ut actori expensas ad institendum & prosequendum processum necessarias subministreret?* Paradoxa & absurdia videtur ipsa questio. Rei partes favorabiliores potius, quam actoris habentur juxta Ca-  
jum in *I. 125. ff. de R. J.* Ergo actor potius reo, quam reus actori expensas litis subministrabit. Anne enim reus adversario suo arma porrigerre necesse habebit, ut iis-  
dem reum adgrediatur? Et sane, si reus regulariter ne-  
quidem instrumenta ad instruendam litem necessaria a-  
ctori edere compellitur, cum iuxta constitutionem An-  
tonini in *I. 4. C. de Edend.* neque juris, neque æquitatis ra-  
tio permittat, ut alienorum instrumentorum inspicio-  
rum potestas fieri debeat; qua ratione & quo fundamen-  
to reus ad ipsum rerum gerendarum nervum, expensas  
scilicet litis, subministrandum compelli poterit? Ita cer-  
te quilibet cum alterius damno litigabit & litium sumptus  
ab adversario suo, eoque futuro reo, exposcere conabi-  
tur.

## §. V.

Sed desine mirari. *Questio in praeced.* §. proposita nihilominus vere practica est, & non indistincte qui-  
dem, interdum tamen affirmative ad eandem respon-

deri potest. Videamus ante omnia textum cardinalem, in quo sedes hujus materiæ ex DD. opinione deprehenditur. Habetur ille in L. 27. §. 3. ff. de inofficio testam. ubi Ulpianus ita: *De inofficio testamento*, inquit, *nepos contra patrum suum, vel alium scriptum heredem, pro portione egerat & obtinuerat: sed scriptus heres appella- verat, placuit, interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum; que per inofficiosi testamenti accusatio- nem pro parte ei vindicabantur, decernit: eaque adversari- um ei subministrare necesse habere usque ad finem litis.* Ne- pos hic erat actor, heres scriptus vero rei vices sustinebat, & nihilominus tamen ad necessaria actori submini- stranda condemnabatur. Evidem. verba citati textus de alimentis solum loquuntur, non vero de expensis litis; DD. tamen, prout integra dissertatio ostendet, à ne- cessitate subministrandi alimenta ad subministrationem expensarum illarum argumentum duxerunt. Ratio connexionis sine dubio hæc est: quemadmodum æqui- tas postulat, ut reus actori alimenta subministret, ubi ex omnibus circumstantiis adparet, alium litis eventum ex- pectandum non esse, quam ut reus ad restitutionem bo- norum, de quibus litigatur, & ex quibus actor alimenta unice capere potest, per sententiam definitivam condem- netur: ita eadem æquitatis ratio postulat, ut reus actori expensas litis subministret, quoties adparet, reum inju- stam fovere causam, atque propterea fore, ut quamvis actor alias ex aliis bonis expensas interim desumere pos- set, reus tamen nihilominus ad earundem retusionem per sententiam compellatur. Confer. *Ordinat. Proc. Sa- xon. tit. 1. §. Ob* Wit auch wol den Armen nicht weniger als den Reichen ohne Unterscheid und Ansehen der Per- son zu deme / wessen sie befugt / durch ordentliche / auch nach

nach Gelegenheit der Sachen summarische Processe verhelfsen zu lassen gnädigst gemeynet seynd/und ihnen hie neben den favor und Vortheil/welchen das Armut zu solchen Behuoff in Rechten hat/und daß es entweder in gewissen Fällen von seinem Gegen-Part/ oder außer demselben von den Gerichten/ mit nothwendigen Verlag des Processes versehen werden soll/ nicht allein gnädigst gönnen/ sondern auch allen unsren Beamten und andern Gerichts-Herren hiemit befohlen haben wollen/ daß sie solche heilsame Verordnung der Rechte in gebührende schuldige Obacht nehmen sollen/ damit Armuths wegen niemand an seinen Rechten verkürzet werde.

## §. VI.

In aliis quoque Ordinationibus Processualibus hujus rei injicitur mentio, non vero præcise determinatur, in quibus casibus reus actori expensas litis subministrare necesse habeat. Ita in *Ordin. proc. Due. Magdeb. c.15. §.4.* Gleichwohl werden in denen Fällen/in welchen Verlagter flagendem Gegentheil die Unkosten zur Rechtsfertigung zu reichen schuldig/ die Advocaten- und Gerichts-Gebühren nicht unbillig abgestattet/ doch daß auch der Arme damit verschont bleibe/bis dem Gegentheil die Unkosten herzugeben/zuerkennt und aufgeleget worden. Deinde tamen in emendata ordinatione hac specialius declarata fuerunt, prout infra videbimus. *Ordin. proc. Isenac. tit.1. §.3.* Ob wir auch wol denen Armen den Vortheil und Behuoff/ so der Proces-Kosten halber Ihnen in Rechten verordnet/gerne gönnen/ auch nicht den Geringsten um Armuths willen an seiner Befugniß wöl-

len verkürzen lassen/ so sollen doch dergleichen caule pauperum nicht ohne Unterscheid angenommen und zum Proces verwiesen/ sondern zu förderst summarisch erkundigt und erwogen werden/ ob und wie weit ein oder der andere mit seinem prætendirten Recht gegründet/ und er vermutlich etwas aussführen und erhalten möchte/ welchenfalls ihm nach genommenem Juramento paupertatis die Kosten des Processus gestalten Sachen nach von seinem Gegentheil/ oder denen Gerichten sollen gereicht/ widrigen falls aber/ da befunden würde/ daß einer sich zum andern nöthigte/ soll er von unsrer Regierung bey gütlicher Handlung abgewiesen/ bey denen Unter-Gerichten aber der Sachen Bewandtniß unterthänigst berichtet und rechtmäßige Verordnung darauf erwartet werden.

## §. VII.

Aliæ Ordinationes, quas nobis evolvere licuit, de hac materia plane silent. Diximus interim §. V. duas esse quæstiones: alteram, de alimentis: alteram de expensis actori à reo subministrandis. Priorem jam alii satis ventilarunt, & inter eos in specie Martinus Colerus in tract. de aliment. l. 3. cap. 15. Videamus ergo, quantum ad alteram quæstionem attinet: an? & quando reus actori ad subministrandas litis expensas obligatus sit? quæstionem enim interdum, non vero in distincione adfirmari posse, itidem a. §. V. jam monuimus.

## §. IIX.

Tria vero ponunt requisita Legum interpretes in hac materia. Primum est, ut actor sit pauper. Equidem pauper ubique jacet, ut in proverbio est; sed quæritur: quisnam in sensu juridico pro paupere sit reputan-

putandus? Maximum hic deprehendes labyrinthum. Non breves erimus. Distinguunt nonnulli inter *pauperem*, *inopem*, *mendicem* & *miserabilem*. Ajunt: *inops* est, qui minus habet, quam pauper: *mendicus*, qui minus, quam *inops*: *miserabilis* vero, qui nihil in bonis habet, v. post alias Gailium l. i. Obj. 142. num. 8. Audio hic descriptionem *inopis*, *mendici* & *pauperis*; sed meros terminos negativos audio, non vero descriptionem, quæ aliquid in esse ponat. Imo omnes illæ negativæ descriptiones ad conceptum paupertatis sese referunt, quem tamen distincte non proponunt illius distinctionis Autores. Nos in hac materia *pauperem*, *inopem*, *mendicem* & *miserabilem* in eadem claste collocabimus. Sed quærimus iterum, quis sit pauper?

## §. IX.

Nonnulli paupertatem ex certa & definita quantitate aestimare volunt, & proinde pauperem esse dicunt, qui quinquaginta florenos in bonis non habet, ad quam adassertionem probandam allegant l. *nonnulli*. 10. ff. de *accusat.* ubi Hermogenianus, *nonnulli*, inquit, *propter paupertatem*, (acculare prohibentur,) qui *minus*, quam *quinquaginta aureos* habent, (aureum enim pro floreno accipiunt in hac materia DD. v. Gail. loc. cit. an bene, an leucus, jam non disputo.) Evidenter textus adductus ad præsentem materiam plane non pertinet; interim tamen opinio illa, quod pauper sit, qui saltem 50. florenos, aut minus, in bonis habet, in nonnullis provinciis est recepta. Ita in *Ordinat. Diocast. Jenens. cap. 32.* Ich gelobe und schwere/dass ich also arm/ auch weder an liegender/noch fahrender Haab/oder gewissen Schulden/ deren ich mächtig seyn könnte/nicht über fünfzig Gulden werth

werth habe / &c. add. Ordinat. Cancell. Isenac tit. 2. §. 15.  
 ibi: Daz Sie über 50. Gülden werth im Vermögen  
 nicht haben / Ordinat. jud. Saxo-Gothan. p. 1. c. 3. §. 4. In  
*Ordinatione Dicast. suprem.* Lips. de An. 1549. tit. 26. sum-  
 ma illa ad septuaginta & quinque florenos Rhenanos ex-  
 tensa fuit, verb. Wirdet ein Mann vor diesem Un-  
 serm Gerichte zu schaffen haben/der seines Armut hal-  
 ben sein Sach nicht vollführen mag / so derselbige sein  
 Armut erweist/oder eydlichen ertewert/nemlichen/daz  
 Er an allen seinen Gütern/ beweglichen und unbeweg-  
 lichen / Schulden und Gerechtigkeit / über fünf und sie-  
 bzig Gülden Rheinisch nicht werth habe/ dem sollen  
 alle &c.

## §. X.

Aliarum Provinciarum ordinationes certam sum-  
 mam non determinant, sed, quod etiam æquus est, rem  
 arbitrio judicis committunt. Judex vero in arbitrio in-  
 paupere reputet, qui eo casu, si expensas litis solvere cogi-  
 retur, tantum non retineret in bonis, ex qua necessaria ali-  
 menta capere possit. Alimenta vero sæpiuscule non sup-  
 petunt, licet quis quinquaginta , aut septuaginta quin-  
 que florenos, eosque Rhenanos, in promtu habeat: di-  
 versitas enim perlonarum earumque diversa conditio,  
 diversam quoque alimentorum determinationem expo-  
 scit. Ergo in plerisque Ordinationibus formula jura-  
 menti paupertatis hæc est: Ich N. schwere / daß ich so  
 arm sey/ auch an fahrenden und liegenden Gütern/ oder  
 ausstehenden gewissen Schulden nicht vermag/die Canz-  
 ley- oder Gerichts- Gebühr zu erlegen / noch einen Advo-  
 caten zu besolden / v. Chur Sächs. Appellat. Ordin. rubr.  
 der

der armen Partheyen End. Magdeb. Proc. Ordin. cap.  
15. §. 4. Maynz. Hofger. Ordin. de A. 1588. tit. 16. Pfälz.  
Hofger. Ordin. de A 1582. tit. 16. Würtemb. Hofger. Ordin.  
de A. 1587. Part. I. tit. 9. in fin. Galenb. Canzely-Ordin.  
de A. 1663. in appendic. Hinter-Pomr. Hofger. Ordin. de A.  
1683. tit. 28. Halberstadt. Canzi. Ordin. de A. 1617. part. II.  
e. 15. Juxta omnes haec aliasque ordinationes reus non  
solum, uti dictum, jurare cogitur, se bona sufficientia  
non possidere, sed præterea etiam, le bona sua *dolomalo pos-*  
*sidere non desisse.* Leges enim deceptis succurrunt, non  
vero decipientibus.

## §. IX.

Paupertatem allegans ad onus probandi in se susci-  
piendum obstringitur. Regulariter enim neque pauper  
quis presumitur, neque dives etiam, sed medioris for-  
tunæ, qui necessarios sumptus ex bonis propriis eroga-  
re potest. Si ergo quis paupertatem tanquam funda-  
mentum intentionis suæ allegat? illud fundamentum,  
negante adversario, probare tenetur, paupertas  
enim in facto consistit. Probatur autem paupertas  
vel per attestata vicinorum, quippe quibus conditio vi-  
cini optime nota esse censetur: vel testimonio Magistra-  
tus ejus loci, ubi domicilium habet ille, qui ad privile-  
gia pauperum provocat: vel denique per præstationem  
juris jurandi, des armen Endes/ de quo in §. præced. modo  
diximus, conf. Gail. l. 1. obser. v. 142. num. 5. Ethic ultimus  
modus in judiciis frequentissimus est, quia quemadmo-  
dum non omnes divites sunt, qui tales esse videntur; ita  
e contrario multi & a vicinis & a Magistratu pro paupe-  
ribus reputantur, qui tamen thesauros in occulto possi-  
dent foventque.

## C

## § XII.

## §. XII.

Sed quid, si actor *propria sua culpa* in paupertatem inciderit, puta, quod luxu, gula, ludo, sua perdidet? Privilegia pauperum ejusmodi hominibus non competere existimant Andreas de Hernia, Matthæus de Afflictis & Rebussus apud Didac. Covarruvias *præf. quæst. cap. 6. num. 2.* *§. sed si quis.* contrarium vero sustinet ipse Covarruvias *loc. cit. & var. resolut. l. 2. cap. 16. num. 19.* Si dicendum, quod res est, prior opinio nobis sese magis adprobat, scilicet, illis non esse succurrentum, qui proprio suo facto culpaque in paupertatem prolapsi sunt. Legum enim beneficio indigni sunt, qui in leges peccant. Neque rationes a Covarruvia adductæ alicujus momenti esse videntur. Dicit: *privilegium hoc alteri non inferre grave prajudicium;* ego contra: si actor bona sua dissipavit, & reus ex hac causa expensas litis ipsi subministrare tenetur, reo absque dubio admodum grave intertutur *præjudicium.* Pergit: *in Curia tantum actori pauperi, sed & reo diviti* (melius: non tantum reo diviti, sed etiam actori pauperi) *justitia administranda;* respondeo, hæc in thesi vera esse, nos vero de eo faltem casu quærere: an actor reo expensas litis subministrare teneatur? quod ex regula illa adducta non profluit. Addit: *ex hoc privilegio minime averri alteri rem propriam, nec jus ad rem aliquam quæsum:* Respondeo, hæc iterum quidem vera esse, sed nego consequentiam, quod propter ea actor ad expensas litis actori subministrandas teneatur. Quæ Covarruvias *var. resol. l. 2. cap. 16. num. 9.* habet: ea ad præsentem controversiam plane non pertinent. Evincere enim voluit adductus Auctor, tempore famis etiam nos pauperes alendos esse, qui propria culpa egestatem

statem sibi contraxerunt. Sed quis hic de eo disputat? & nihilominus tamen Covarruvias præf. quæst. c. 6. num. 2. §.  
Sed si quis ad illum locum fere refert.

## §. XIII.

Hæc de primo requisito (vid. §. II. X.) dixisse sufficiat. Pergo ad secundum, quod in eo consistit, ut actor de bonis vel unice ad ipsum spectantibus, vel jactem communibus litiget, v. Brunnem. in Comm. ad l. 27. ff. de inoff. test. num 8. Carpzov. P. I. C. 31. Def. 33. num. 5. Alciat. de præsumt. reg. 3. præsumt 9. Calum evidenterissimum (de aliis enim postea dicemus,) suppeditat l. 27. §. 3. ff. de inoff. testam. supra §. V. adducta. Scilicet defunctus, quod ex contextu legis necessario supponendum est, in linea discendente heredem proximiorem non reliquerat, præter nepotem. Hic ergo de bonis unice ad ipsum ab intestato spectantibus actionem contra patrum in linea collaterali constitutum, vel contra alium heredem extraneum, quem forsan testator in testamento suo honoraverat, instituebat. Idem sine dubio obtinet in pronepote & alio quovis descendente a testatore, si proximor deficit, quæ est observatio Did. Cavarruv. præf. quæst. cap. 6. num. 6. Interim non semper opus est, ut quis ex jure in re agat; sed sufficit etiam jus ad rem interdum, prout exempla inferius posita ostendent.

## §. XIV.

Sequitur mox tertium requisitum, ut actor pauper de propriis, vel communibus bonis litigans & expensas a reo petens pro se habeat sententiam in prima instantia in eis favorem latam, Brunneman. in Comm. ad l. 27. ff. de inoff. testam. num. 3. Menoch. de præsumt. l. 2. præf. 62. num. 41. Calus iterum in terminis deprehenditur in cit.

*I. 27. §. 3. ff. de inoff. testam.* Nepos testamentum avi ex capite inofficioſ impugnaverat & ſententiam in ſuum favorem obtinuerat: heres vero contra illam ſententiam remedio appellationis uſus erat & tunc appellans reuſ ad expenſas litis pauperi actori ſubminifandas condemnabatur.

### §. XV.

Cave tamen, ne existimes, ac si privilegio paupertatis nunquam locus sit, niſi reuſ primam ſententiam profe allegare poſſit. Sententia talis præſumptionem iuſtitiae profe habet atque haec condemnationem proviſionalem ad ſolutionem expenſarum operatur. Quod ſi ergo extra caſum ſententiae jamdum late alia urgens prælumtio pro auctore paupere militat: idem quoque & eo caſu adfirmandum erit, vid. Mynſing. *Cent. 6. Observ. 21. num. 1.* Alciat. *de præſumt. reg. 3. præſumt. 9.* Adponere lubet locum ex Covarruv. *præt. quæſt. c. 6. num. 6. vers. secundum.* qui dicta non parum iuſtrabit. Et ſane, inquit, quidam opinantur, idem fervandum fore, ut denique aliamenta illa ſint actori pauperi ſubministranda, etiamſi iſ nullam obtinuerit in cauila ſententiam, cum & tunc ſubſit eadem æquitas, idemque iuſ, modo aliqua non leviſ pro jure agentis adſit prælumtio. Haec enim eſt ſententia Rote *decif. 2. tit. de judic. in antiquior. & Matth.* de Afflict. *Decif. 11.* qui teſtatur, ita bis definitum fuſſe in magno regni Neapolitanuſ prætorio. Idem probat adfeverans, hoc iſum in regno Francie obſervari, Rebuſſus *in leg. reg. in rubr. de ſentent. proviſ. art. 1. gloss. 2. col. 2.* idem quoad expenſas litis probare conauitor Aretinus & Alciatus poſt Speculatorē, quorum (iunt verba Co-  
varruvias) paulo ante mentionem fecimus. Non obe-  
rit,

rit, pergit ille, huic opinioni, quam ipse quandoque vi-  
di receptam fuisse in hoc regio prætorio, textus in d. §.  
*de inoffic.* Ideo etenim exigitur ibi sententia, quia fili-  
us fuerat testamento patris exheredatus, cui sicut non  
competit Carboniana bonorum possessio, nec ex ea jus  
percipiendi alimenta, *l. qui de inofficio. ff. de inoffic. te-  
stam.* ita nec competit ius petendi ab adverlario alimen-  
ta, nec sumtus litis, donec habeat sententiam, ex qua  
etiam pendente lite deducatur & oriatur præsumtio con-  
tra testamentum patris, quæ aliqua ex parte elidat præ-  
sumtione illam jure veteri constantem pro testamen-  
to patris: siquidem olim filio à patre exheredato præ-  
sumtio quedam aderat pro iusta exheredationis causa...  
Et ideo exheredatus filius agens de inofficio teneba-  
tur probare testamentum inofficiosum & sine causa fuis-  
se exheredatum, *l. nam & is. §. l. ubi glossa communiter  
recepta. ff. de inoff. testam.* Hodie vero diversa est hujus  
rei causa: cum præsumtio maxima sit pro jure filii ex-  
hereditati aduersus patris exheredantis testantis testa-  
mentum, qua ratione, nisi heres probaverit causam ju-  
stam exheredationis, plane filius obtinebit. - - Paulo  
post adhuc subjungit Covarruvias: Imo dici non teme-  
re potest, etiam ante ullam sententiam esse admittendum  
jurisconsulti responsum (scilicet illud in *l. 27. §. 3. ff. de in-  
off. test.*) Qua in re oportet exactissime observare utri-  
usque litigatoris iura & præsumtiones, ut tandem alimen-  
ta dentur à reo actori, quoties urgentior est pro ipso reo:  
*quod si reo potius, quam actori, patrocinentur acta cause &  
præsumtiones, tunc plane non est reus cogendus, alimenta nec  
titii expensis actori exhibere.*

## §. XVI.

Præter tria illa requiæta, quæ hæc tenus recensui-  
mus, adhuc quartum laperaddit idem Covarruvias præ-  
caust. d. cap. 7. num. 7. nempe, quod actor cautionem ido-  
neam præstare debeat de expensis a reo subministratis restitu-  
endis, si actor ipse in causa succubuerit, aut accepto ferun-  
dis, ubi is victoriam obtinuerit. De posteriori quidem  
casu, quod nempe actor, si victoriam reportavit, expen-  
ses ipsi subministratis acceptas ferre debeat, nullum dubi-  
um est, atque actor ad hoc tenetur, quamvis nullam cau-  
tionem præstiterit, er miss sich die Unkosten/ so der Be-  
flagte vorgesessen/ auf Abschlag des Capitals anrech-  
nen lassen/ supposito, quod reus etiam probabilem litig-  
andi causam habuerit, & sic ille solus expensas ferre  
non teneatur, sed illæ compensentur; quod vero prio-  
rem casum attinet, sententia dissentientium à Didaco al-  
legatorum Malveri in prædicta tit. de possessorio num. 27. &  
Boerii Decis. 324. col. 2. verior videtur, quam plurimi et-  
iam tovent, vid. Zanger de except. part. 2. cap. 21. num. 38.  
§ 39. Martini ad O. P. S. tit. 1. §. 3. num. 23. & in analæz.  
ad d. §. 3. num. 14. Provocanti ad l. 1. § 7. ff. simul. ventr.  
nom. in poss. column. caus. l. 1. §. 2. ff. de ventr. in poss. mitt.  
l. 3. ff. eod. i. fin. C. de Carbon. Ediæt. & quamvis illæ leges de  
subministratis alimentis solum loquuntur, nos tamen in  
§ V. jam adduximus, quod DD. à subministratiōne ali-  
mentorum ad necessitatē subministrandi expensas litis  
argumentum ducere soleant, & quod illa argumenta-  
tio etiam ratione connectendi non destituatur. Ma-  
xime placent verba cit. l. 1. §. 2. ff. de ventr. in poss.  
mitt. ubi Ulpianus: æquius enim est, inquit, vel frusta  
nonnunquam impedia fieri, quam denegari aliquando ali-  
menta

menta ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est. Eadem aequitatis ratio est, si dicimus: aequius est, vel frusta nonnunquam impendia fieri, quam denegari aliquando litis expensas ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est. Jam enim in §. XIV. & XV. monuimus, reum non teneri ad expensas litis actori subministrandas, nisi actor urgenter presumptionem pro se habeat, fore, ut in lite superior evadat.

## §. XVII.

Provocat Covarruvias pro adstruenda sua opinione ad l. 23. §. 9. ff. de ædil. Edict. ubi Ulpianus: cum redibetur mancipium: si quid ad emtorem pervenit, vel culpa ejus non pervenit: restituiri oportet: non solum, si ipse fructus perceptit, mercedesve a servo, vel conductore servi accepit: sed etiam si a venditore fuerit idcirco consecutus, quod tardius ei hominem restituit. Sed et si a quovis alio possessore fructus accepit emtor, restituere eos debet. Argumentum. hoc est: quemadmodum emtor, qui ex Ædilitio Edicto convenitur, ad fructus ex re emta perceptos restituendos tenetur: ita quoque actor pauper ad expensarum litis a reo subministratarum restitutionem obligatur, si ille actor in lite succubuit. Ignoscat Covarruvias, consequentia est nimis laxa, nec mihi illam connectere facultas est. Ratio tamen, quam subjungit, majoris ponderis esse videtur. *Ratio*, inquit, *dicitur*, *hos ipsum agendum esse, vel ex eo, quod pauperes non invitentur ad temere & intaute agendum in iudicio, ut interim, dum lis finitur, obtineant expensas & alimenta, qua postea minime sunt præ inopia reddituri, si contigerit, eos calumniae litigasse, & ideo vinci, quia jus eis defecerit*: Verum & hic respondeo, cessare illam rationem per ea, quæ diximus in

zum



in §. XIV. & XV. quod nempe privilegium paupertatis nemini indulgeatur, nisi qui vel sententiam, vel aliam urgentem præsumptionem pro se habet: vix ergo casus dubilis est, ut pauper calumniosam litem soveat. Quod si tamen deinde nihilominus in aliquo casu calumnia detegatur: pauper, si non habet in ære, in subsidium in corpore luere debet, prout hoc in diversis ordinatioibus processualibus expresse fancitum, Verbes. Magdeb. Proces-  
Ordn. cap. 15. §. 1. verb. gestalt denn alle diejenigen/ so das armen-Recht erlanget/ wenn Sie sachfällig werden/ und sich befindet/ daß sie das Gegentheil muthwilliger weisen zur Rechtfertigung gezogen/ im Fall die Unkosten von ihnen nicht erstattet werden können/ mit Gefängnis/ Arbeit oder nach Beschaffenheit der Bosheit mit zeitiger Landes-Verweisung bestraft werden sollen.

## §. XIX.

Alia ratio est, si expensæ litis non ab adversario: sive reo, auctori subministrantur, sed judex litiganti pauperi præsto paupertatis juramento solutionem expensarum judicialium, sive portularum, remittit, & præterea etiam Advocatus operas suas gratis prestare tenetur: hoc enim casu pauper simul jurare adstringitur, quod, si ad pinguorem fortunam pervenerit, & judici sportulas, & Advocato honorarium perolvore velit. Sed vero, si reus auctori expensas subministravit, prælumio juris, quod bonam cautam soveat, ex ante adductis pro actore militat, quæ ab onere prestanti cautionem ipsilum liberat.

## §. XIX.

Perlustrabimus nunc aliquot casus, ubi reus auctori propter urgentem præsumptionem pro hoc (actore) militantem expensas litis subministrare tenetur. Primus

mus est in saepe citata l. 27. §. 3. ff. de inoff. testam. de quo jam latis dictum fuit. Huic adtinis est, si quis defuncti filium se esse prætendit, reus vero eundem adulterinum, vel supposititium esse excipit. Pro filio enim militat præsumptio, vid. t. t. f. de Carbon. Ediz. quia justus censemur filius, quem justæ nuptiæ demonstrant, quamvis mater contrarium dicat, l. 29. in f. ff. de probat. vel illa adulterii convicta sit, l. 11. §. 9. ff. ad L. Jul. de adult. Pertinet huc quodammodo casus apud Mevium Cons. 24. num. 36. & 37. Schließlich auf die siebende Frage sprechen Wir (Facultas juridica in Academia Gryphiswaldensi, cuius nomine consilium se concepisse adlerit Mevius,) vor recht: Weil außerhalb der angeerbten quota Eure Pfleg vertraute keine Gütther hat / und (Sie) pro agenti zu schäzen / in solchen Fällen aber rechtens / quod etiam ex adversarii bonis pauperi litiganti litis impensas iudex dcernere debeat, l. fin. vers. nam si tales C. de ordin. cognit. Gvid. Pap. Decis. 561. num. 1. So ist gedachte Pflegvertraute aus den Güttern / so sie annoch inne hat / und an welchen die Creditoren kein jus erlanget / desto mehr die Gerichts-Kosten zu nehmen befugt/ B. R. W. Dixi: casum modo recensitum quodammodo hoc pertinere. Supponitur enim in illo casu, quod pauper actor bona, ex quibus expensæ litis defumenda, adhuc possideat; nos vero reum etiam ad subministracionem expensarum obligatum esse diximus supra §. XIII. quamvis pauper actor nihil possideat, sed reus ipse in possessione constitutus apprehendatur.

## §. XX.

Quod si quidem constet, nullum esse naturalem; ille  
D vero

vero non successionem prætendat, sed saltem alimenta, quippe quæ etiam liberis illegitimis debentur: tunc si aetor paupertate premitur, pater, vel illo defuncto heredes ejus, pendente lite tanquam rei filio naturali actori alimenta & expensas litis subministrare tenentur, ad quod condemnantur per sententiam provisionalem, sive decretum interimisticum, Petr. Rebusus in Comm. ad Constit. Reg. tom. 1. tit. de sentent. provisional. artic. 1. gloss. 2. num. 30. Martin. Colerus tract. de aliment. l. 1. c. 14. n. 51. & post hocce Martin. in Comm. ad O. P. S. tit. 1. §. 3. num. 24.

### §. XXI.

De Uxore cum marito litigante ita Anton. Faber in Cod. l. 5. tit. 12. Def. 1. Mulierem, inquit, a marito propter suspicionem adulterii domo expulsa, invicemque mariti mores accusantem, mariti sumptibus interim exhibendam esse placuit, adeoque cogendum maritum, si nullam illa dotem haberet, expensas illi in item de suo subministrare, ne alioqui facile esse viro improbo per calumniam insinuare & domo ejicere eam, quæ individua divini humanique juris societate gaudere debeat. Quod si dotem mulier habeat, æquum fane est, sumptus illos omnes ex dote deduci eaque deductione dotem imminui, si modo ex litis eventu adpareat, justam querela causam maritum habuisse. Sin minus, iniquissimum certe fuerit, ex culpa & calunnia mariti dotis fieri diminutionem. Quid vero, pergit Faber, si alia bona sint, de quorum dominio dubitetur, an ad maritum, an ad uxorem pertineant? Finge, reperiri penes mulierem nomina debitorum, quæ in suam ipsa utilitatem contraxe-

traxerit, maritum vero contendere, contracta fuisse ex pecunia sua per uxorem subrepta. In dubio præsumemus pro marito ad evitandam turpis questus suspicitionem, in ea præfertim, quæ se negat adulteram. Ideoque de dote potius, quam de hujusmodi bonis deducendum erit, quod interea mulieri præstabitur.

## §. XXII.

Hæc adsertio Fabri cum principiis a nobis supra positis exacte convenit. Scilicet mulier, quæ dotem habet, non est pauper, ergo ex bonis suis expensas litis desumere potest usque ad litis eventum, ubi adparebit, an maritus ad refundendas expensas obligatus sit, an non. Quod si vero bonis dotalibus destituitur uxor, pro paupere reputanda erit, & maritus ipsi expensas litis subministrare cogitur propter præsumptionem pro uxore militantem, quilibet enim bonus esse censetur, donec probetur contrarium, cont. Mynsing. *Centur. 6. Observ. 21.* ubi dicit *num. 5.* alimenta & expensas mulieri deberi, etiamsi illi alimenta petenti objiciatur, eam non fuisse uxorem. Quod tamen ita intelligo, si modo iterum pro muliere urgens quedam præsumtio militet, v. gr. quando constat, eandem per tempus aliquod cum illo, quem maritum esse dicit, cohabitasse, neque enim tanquam concubina, sed potius tanquam legitima uxor cohabitasse censetur.

## §. XXIII.

In actionibus personalibus quoque reus convenitus creditori pauperi actionem instituenti expensas litis

D 2 sub-

subministrare tenetur. Audiamus Mevium de hoc casu, qui *P. 4. Decis. 194.* non reperta, inquit, est *tatio diversitatis*, cur non & creditor i ego ab eo, qui convenitur, ut debitor, simile subsidium porrigi debeat. Præsertim ubi debitum est liquidum & exceptio opposita dubia atque altioris indaginis est, cum etiam æquum videatur, talem exceptionem non remorari executionem liquidi. Existimatum inde, creditricem, cui opponebatur novationis exceptio, alimenta (& sumitus litis) pendente lite petentem non esse repellendam, haud vero hæc decernenda, antequam & de paupertate & præterea ex actis prioribus de jure, aut fundamento intentionis constaret, ideo differendam petitionem post audita acta. Quod si interim creditor actione hypothecaria experitur & plures sunt hypotheca possessores: singuli non in solidum, sed pro rata ad subministrandas expensas tenentur, de quo Faber in *Cod. I. 8. tit. 6. Def. 2.* sequentia habet: Si, inquit, pendente judicio, aut in executione judicati super actione hypothecaria creditori inopia laboranti certa pecuniae quantitas adjudicanda sit in causam alimentorum litisque prosequendæ, resque sit cum pluribus pignorum possessoribus: non erunt singuli ad eam quantitatatem in solidum condemnandi, sed in partes tantum viriles: quoniam ea actione non sicut hypothecaria realis & indivisibilis est, sed in personas colligantum concepta, quam proinde divisibilem esse necesse est,

#### §. XXIV.

Alius calus datur, quando debitoris bona arresto sunt obstricta a creditoribus & tamen debitor contra illos action-

actionem instituere vult, quo referunt communiter *l. ult.*  
*C. de ordin. cognit.* ibi: *nam si tales (idoneos fidejussores)*  
*dare non potuerit: tunc ea convenit, de quibus in judicio tra-*  
*etabitur, sequestrari in eum diem, in quo controversia sopia-*  
*tur: ita, ut ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non pote-*  
*rit) tantum litis sumtus & alimenta homini subministretur,*  
*quantum moderato judicis arbitrio fuerit assimilatum, vid. Pe-*  
*rez. ad d. tit. Cod. num. 4. Franc. Salgado de Somoza in*  
*labyr. Creditor. p. 1. cap. 26. num. 9. ubi etiam de mercatore,*  
*cui extra forum suum existenti merces sequestratæ tue-*  
*runt. Late Mevius P. 3. Decis. 281. Berlich. p. 1. conclus 7.*  
*num. 53. seqq. Martini Comm. ad O. P. S. tit. 1. §. 3. num.*  
*26. Brunnenmann. ad l. 27. ff. de inoff. testam. n. 6. & 7.*

## §. XXV.

Quando inter Senatum oppidanum reum & cives  
 actores lis aliqua exoritur, non minus civibus, quam  
 magistratui, sumtus litis ex publico ærario subministran-  
 di sunt, de qua materia iterum late Mevius P. 5. *Decis.*  
 340. ubi in specie num. 4. seqq. sequentia notanda. Fru-  
 stra inquit, opponitur *J*ctorum de non cogendo aliquo  
 litis sumtus adversario, cum quo litigat, præstare, ubi  
 non magistratui ex suis loculis ea impensa incumbit,  
 sed communi civitatis pecunia, quæ potissimum ex ci-  
 vium arcis collecta, illorum necessitatibus per æquita-  
 tem serviri debet. Et qui dcnegari ex publico potest  
 eivibus, quod alii pauperi litiganti inde porrigidum  
 est? Inanis est querela, incendi sic & soveri civium er-  
 ga magistratum contumaciam, si ei sumtus præbebun-  
 tur: dum ubi illa reperitur, minime concedimus, sed

D 3

cum

cum superior aliquam causæ cognitionem, examen, judicium, vel transactionem reperit necessariam, ideo commissionem decrevit. Hic quidem *singuli* cives non sunt pauperes: reputantur tamen pro talibus, quatenus ut *unum corpus* considerantur, quoniam scilicet magistratus commune ærarium, die *gemeine Stadt-Casse* / sub sua directione & administratione habet atque civibus exinde nihil suppeditare vult. Par ratio est, si collegium *opificum* uni ex opificibus, v. gr. tali, qui speciale privilegium à Principe impetravit, ein Frey-Meister / jura opificio alios cohærentia denegat, v. gr. wann Sie die Gesellen aufstreiben / ihnen keinen gewöhnlichen Abscheid geben wollen / & quæ sunt similia ex invidia profluentia. Hic opifex ille privilegiatus eo nomine actionem contra totum Collegium instituit & cum effectu juris prætendere potest, ut ex ærario communi sumptus litis subministrentur, quoniam intuitu illius ærarii, quod vocant die Lade/ tantum juris ipsi competit, quantum reliqui prætendere poslunt.

### §. XXVI.

Porro, quamvis post ortum concursum creditorum nemini aliiquid ratione sortis, vel usurarum solvatur; piis tamen corporibus & personis miseris provide ri atque debitoribus mandari solet, ut interim uluras perolvant, & ita à Dicasterio Wolgastensi A. 1664. mens. Januar. decretum fuisse testatur Brunnem. *ad l. 27. ff. de in off. test. n. 16.*

### §. XXVII.

Casus plerosque hactenus recensitos inveniens eo-  
dena

dem modo in der Magdeb. Verbes. Proces Ordin. cap. 15. §. 2. Wenn Beklagter dem verarmten Kläger Zeit während der litispendenz die Unkosten zur Rechtfertigung zu reichen schuldig / welches ihm zu thun oblieget / da Er in possession des streitigen Guths / ingleichen / da der verarmte Kläger eine obsiegige sentenz vor sich hat und Beklagter dagegen remedia suspensiva / oder devolutiva ergriffen / sowol auch / wenn eine Ehefrau ihren Ehemann / oder ein Sohn seinen Vater / zu Erlangung der Alimenten oder Mütterlichen Erbtheils zu belangen gemüsstiget / und diese alle keine Mittel zu Vollführung des Processus haben / und dasselbe ftsam beybracht / oder / da eine Bürgerschafft mit dem Magistrat unumbänglich in Rechtfertigung treten muss ; sollen die Gerichts- und Advocaten-Gebühren von dem Beklagten an statt des Klägers / und zwar von dem Magistrat aus dem Ärario publico bis zu der Sachen Austrag der Bürgerschafft gereicht werden.

### §. XXIX.

Præjudicia materiam hancce illustrantia reperiuntur apud Dn. Rivinum in Enunciat. jur. ad Ord. Proc. Sax. tit. 1. enunc. 18. Scabini Lipsiensis Mens. Octobr. A. 1682. ad Prætorium Lipsiense in cœla Marien Sab. F. contra M. B. und Consortem pronuntiarunt : Dass Beklagte ihres Vorwendens ungeachtet Unserm vorigen Urtheil lob poena confessi & convicti folge zu leisten / nicht weniger allerseits Beklagte die nöthigen Proces-Kosten Klägern vorzuschiesen schuldig / V. M. W. Et in causa actorn Vermunden L. L. von S. contra

contra Christian von S. nachgelassene Kinder an den  
Erenß-Ambtmann zu Leipzig M. Nov. 1687. Daß Be-  
klagter seines Vorwendens ungeachtet / der an ihn er-  
gangenen Auslage zu folge / 25. Athlr. zu fortsetzung des  
Processes Klägern herzuschaffen und zu dem Ende sol-  
che zu deponiren schuldig / in Verbleibung dessen wird  
wieder seine Principalin mit der Hülffe verfahren / und  
seynd die Gerichts-auch die in iezigen und künftigen  
Terminen aufgewandte Advocaten-Gebühren zu Klä-  
gers Anteil davon abzuführen. Dieweil auch im ü-  
brigen Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet/  
und daß Klägers Principalin Pflegbefohlene C. von S.  
Sohns H. C. von S. Tochter / also jenes Enkel sey/  
nicht geständig / so ist dieser vor allen Dingen solches in  
Sächsischer Frist/Beklagtens Gegen-Bescheinigung und  
andere rechtliche Nothdurft vorbehältlich / zu bescheinig-  
en pflichtig / ferner darauf zu beschehen / was recht ist/  
V. R. W.

## §. XXIX.

Quod quantitatem expensarum actori subministran-  
darum attinet, de illa regula universalis tradi non pot-  
est, nec quantitas in puncto determinari, quoniam a-  
liæ lites magis, aliæ minus intricatae sunt, unde aliæ et  
iam majores expensas requirunt, aliæ minores. Con-  
cludunt itaque DD. rem arbitrio judicis unice commit-  
tendam esse. Solet dubitari, inquit, Covarruv. *præd.*  
*quæst. cap. 6. num. 7.* quænam quantitas sit definienda ad  
hæc alimenta & litis sumitus? & dubio procul, respon-  
det, hoc est arbitrio judicis relinquendum, nec enim  
certum quid constitui potest pro omnibus negotiis.  
Non

Non obstat, quod in præjudicio in §. p̄eact. adducto certa quantitas exprimebatur, verb. 25. Rthlr. zu Fortsetzung des Proceses Klägern herzuschaffen; ita enim Judices certam quidem summam exigere solent, ut tamen eo ipso reus nondum plene ab ulterioribus expensis subministrandis liberatus sit, talis enim summa ad interim saltem solvitur, vel prout nostri dicunt; auf Abschlag. Neque ergo subscribere possumus Masvero in præd. tit. de possessorio num. 27. & Boerio Decis. 324. col. 2. (relatis à Didaco Covarruvias loc. cit.) qui existimant, quartam partem rei, vel fructuum & reddituum ejusdem, super quo litigatur, dandam esse ad hæc alimenta & litis expensas; nam quarta illa pars interdum quidem sufficere potest ad litis expensas, non vero indistincte, & revera ridiculum argumentum est, quod ex l. antiqui 3. ff. si pars hered. pet. delimitur, audi enim, quæsto, connexionem: quemadmodum filius jam natus quartam hereditatis partem solum consequitur, si pater ipsius uxorem prægnantem post se reliquit, quia postlunt tergemini nasci: ita quoque reus actori pauperi loco alimentorum & expensarum litis quartam partem rei, vel fructuum præstare tenetur. Scopæ dissolutæ.

## §. XXX.

Quærunt autem: utrum pauperi privilegium ha-  
cenus explicatum etiam in illis causis competit, que ab  
alio non egeno ipsi cessè fuerunt, & quas proinde tanquam  
cessionarius, vel procurator in rem suam, in judicium  
dedit? Existimarem, negative ad quæstionem respon-  
dendum esse, quia alias pauper quaslibet actiones cöeme-  
ret,

E

ret, eas in judicium deduceret & per consequens ingens onus adversario suo imponeret, unde in simili casu viduis aliisque personis miserabilibus prilegium provocandi statim ad summum judicium intuitu actionum cessarum denegant Frantz. ad ff. de hered. & ad vend. num. 21. Lauterbach. Comp. jur. eod. tit. ff. p. 334. Cujae obser. l. 10. c. 3. ibi: & ad hunc modum censerem bodie non cessiones nominum omnino prohibendas, sed cum, cui cessa sunt nomina, iisdem legibus adligandum, ubi fraus intervenit, quibus is, qui cessit, tenebatur. Et quod ait veteri l. ult. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. id ita esse accipendam, ut vetetur, agere privilegio jureque proprio, non si velit eodem jure uti, quo & is, qui cessit actionem. Sententiam hanc admodum aequam esse existimo; unde miror, nonnullos DD. nihilominus in affirmativam transire, quod nempe cessionarius, qui est v. gr. persona miserabilis, privilegio miserabilium personarum in actione cessa uti queat, quamvis cedens talis persona non sit, vid. Brunnenm. de cess. aet. c. 4. num. 83. in fin. & in specie in hac materia, ubi pauperem juratum in actione cessa etiam paupertatis privilegio perfungi adserit, & ita summo Appellatio-  
num Senatus Dresdensi An 1703. term. Hybern. visum fuisse testatur Dn. Berger in elect. disceptat. forens. tit. 1. obs. 6. not. 5.

### §. XXXI.

Quod si interim, ut ad contraria deveniamus, intentio actoris non est admodum probabilis, sed turbida, ut loqui amat Dn. Rivinus in enunciat. ad O. P. S. tit. 1. enunc. 18. vel etiam reus ex bonis actoris nihil possidet; eo ca-  
su reus ad subministrandas expensas litis non obstringi-  
tur,

tur, vid. Mev. 2. Dec. 278. sed manemus in regula l. 17. ff. de tut. & rat. distractab. quæ lex digna est, ut integra adponatur: Imperatores Severus & Antoninus (inquit Ulpianus) rescripsérunt in hac verba: cum hoc ipsum queratur, an a- liquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur: non habet rationem postulatio tua volentis, in sumum litis ab his tibi pecuniam subministrari. DD. legem hanc intelligunt da- calu, ubi tutor tutelam jamidum depoluerait bonaque ad- ministrata restituerat, & nihilominus is, cuius tutor fue- rat, adhuc alia bona prætendebat, vid. Brunnem. Comm. ad d.l. 17. Tali itaque calu, si paupertas probata, aut juramentum paupertatis præstitum fuit: magistratus abs- que sportulis pauperi iustitiam administrare & Advocati absque honorario patrocinium præstare tenentur, vid. Gail. 1. Obs. 43. num. II. § 16. à reo autem expensæ exigi ne- queunt.

### §. XXXII.

Subjiciam hic calum à Dn. Præside mihi commu- nicatum, qui forte materiam hancce non parum illu- strabit. Conduxerat aliquis certum aliquod prædium & simul sub initium locationis locatori certam pecunie summam (quæ ipso conquerente totum istius patrimoniu- um exhauserat,) mercedis loco præmuneraverat. Post aliquod tempus conductor ille coram Regimine Arnsta- diensi locatorem ex capite lessionis ultra dimidium con- veniebat, simulque peritum tuum eo dirigebat, ut loca- tor, tanquam reus, ad expensas litis ipsi subministran- das adigeretur. Mittebantur acta Mens. Decembr. 1710. ad illustrem Facultatem Joridicam in hacce Fridericia- na, quæ pronunciabat: daß Klägers Suchen nicht statt habe/

habe / cuius ratio erat , quia nec paupertas demonstrata ,  
nec actio instituta probabilitatem pro se habere videba-  
tur. A. 1711. mens. Junio eadem acta iterum ad dictam Fa-  
cultyatem mittebantur , quoniam actor rationes deciden-  
di sententia desideraverat . Rationes illæ ita conceptæ  
erant . Ob wol nach der Rechtslehrer Meinung / auch  
vermög der Chur-Sächs. Proces-Ordnung / in gewissen  
Fällen ein Beklagter angehalten werden mag / daß er dem  
Kläger die Unkosten vorschiesse /

I. 27. §. 3. ff. de inost. testam. ibique Brunne-  
mann. in Comment.

Chur-Sächs. Proc. Ordn. tit. I. §. Ob Wir  
auch woll.

Kläger auch anführtet / daß er von gar keinen Mitteln  
sey / sondern theils Beklagter sein Vermögen / welches in  
dem vorausgezahlten Pacht-Gelde bestanden / in Händen  
habe / theils auch er das übrige in die Pacht Admini-  
stration erwenden müssen / inzwischen die justa litigandi  
causa aus denen von ihm übergebenen Einnahm- und  
Ausgabe Liquidationen am Tage liege ;

Dennoch aber und dieweil Kläger sein Vorgeben /  
daß er außer dem vorausgezählten Pacht-Gelde / und  
was er sonst in die Pacht Administration verwand / gar  
keine Mittel mehr übrig habe / gehörig nicht bescheinigt /  
und disfalls seinem blossen Vorgeben nicht so schlechter-  
dings Glaube beygemessen werden kan / zumalen sein  
Suchen auf des Beklagten præjudic hinauslauffet : fer-  
ner die justa litigandi causa aus denen von ihm überge-  
benen Liquidationibus so gar evident noch nicht ist / in-  
dem in der Ausgabe - Rechnung meistenthul solche  
Posten /

Posten / welche zum Pachte gar nicht gehören / sondern welche von einem jeden Haßwirthe auch extra casum conductionis aufgewendet werden müssen / zu besinden seyn / wie es der Augenschein von selbsten giebet / (NB. in catalogum expensarum actor, l̄sionem ultra dimidium in contractu conductionis ostendere volens, retulerat etiam Rost-Geld für sich und die Seinigen/ Geld zu Kleidern/ Lohn vors Gesinde/ Geld / um Besen dafür zu kaufen/ Geld vor den Schwein-Schneider / & alia ejus farinæ quamplurima) und doch auch solchen ungegründeten Aufsägen die angestellte querela l̄sionis ultra dimidium seiner Meynung nach/guten theils erwiesen werden sollen/ zu geschweigen/ daß in dem

I. 27. §. 3. ff. de inoff. testam.

ein ganz besonderer casus, ubi actor hereditatem petens testatoris filius, vel nepos erat, & primam sententiam jam-dum pro se obtinuerat.

Menoch. I. 2. prælume. 67. n. 41.

verhanden ist / dergleichen dispositiones legum singulares aber nicht leichte und ohne Unterscheid ad quoscunque casus extendiret und appliciret werden mögen; So ist dergestalt zu erkennen gewesen.

### §. XXXIII.

Eodem tempore actor super adducto casu judicium alterius cuiusdam Collegii Juridici etiam experierat & sequens Responsum impetraverat:

Ob wol in denen Rechten unterschiedene Fälle sich  
E 3 er-

eräugnen/ bei welchen der Beklagte dem Kläger die Pro-  
cess-Kosten vorzuschießen verbunden;

Dieweil aber dennoch selbige insgemein so beschaf-  
fen seyn müssen/ daß der Judex so fort bey Anfang des  
Processus, daß der Kläger probabilem litigandi caulam  
habe/ und daß ihm sein Gegentheil etwas deswegen zu  
præsticen gehalten sey/ erkenne/ und überdis bey gegen-  
wärtiger Sache kein specialer favor pro actore verhan-  
den/ nach mehrern Inhalt der Beylage und Frage;

So ist auch Titius dem Parno die künftige Proces-  
Kosten vorzuschießen nicht verbunden; Es wird aber die-  
sem das Armen-Recht/ wenn er sich hierzu gebührend le-  
gitimiret und den Armen-Eyd würtlich ableget/ billig  
mitgetheilet/ V. R. W.

#### S. XXXIV.

Adjungam adhuc alium casum de vidua jure re-  
tentionis in bonis feudalibus defuncti mariti commo-  
rante, quam successor feudi convenit & ab illa expensas  
litis petit. Pertractavit hunc casum Mevius P. 6. *Decis.*  
*168.* decidit vero, actorem non esse audiendum neque  
viduam ad expensas litis ipsi subministrandas compelli  
posse. Ratio dubitandi contra viduam ex eo defumi  
poterat, quoniam vidua rea possidebat feudum jure suc-  
cessionis ad actorem pertinenter, v. *Iupra §. XIII.* Ve-  
rum respondetur, quod quamvis ipsum feudum ad acto-  
rem pertineat, vidua tamen de feudo ipso quæstionem  
illi non moveat, sed fructus saltem capiat, quamdiu  
illata ipsi non fuerunt restituta, quos fructus in illata  
impu-

imputat. Cum itaque jura viduæ jus retentionis usque ad factam restitutionem illatorum concedant: certe actor nullam urgenter præsumptionem pro se habet, quæ judicem movere possit, ut juxta intentionem actoris viduam ex feudo expellat, antequam suum consecuta est. Sed vero ejusmodi præsumptionem actor pro se habere debet, si à reo expensas litis consequi vult, per ea, quæ §. XIV. & XV. diximus. Aliam rationem dubitandi, quæ in facto proposito obvenit, citatus Mevius proponebat, scilicet, obtendisse actorem, se contra viduam agere in utilitatem creditorum. Verum respondet Mevius, primo de hoc non constitisse, sed potius actorem ex suo jure & ad suum commodum experiri, acta docuisse. Imo, licet de eo constitisset, creditores tamen alios sumitus ex bonis feudalibus petere non potuissent, quam qui ad concursum promovendum necessarii sunt, v. gr. ad cōficiendum inventarium, expediendas citationes Edictales, &c. singuli vero creditores, ut singuli, contra viduam ad expensas litis subministrandas agere nequeunt. Ergo, si ipsi creditores tali jure non gaudent: melius quoque jus illi non erit indulgendum, qui in creditorum utilitatem eorumque nomine actionem suam revera instituit. Pluribus hoc illustratur loc. cit. in votis.

### §. XXXV.

Atque ita potiora momenta, quæ in hac materia valde practica considerari merentur, me excusuisse existimo. Occurrunt etiam casus, ubi non *reus actori*, sed


40 DISSERT. JURIDICA DE EXPENSIS LITIS ACTOR &c.

sed *actor* reo alimenta & litis expensas subministrare tenetur; verum illorum retractationem alteri occasione reservo, nihilque in praesenti ulterius addo, quam quod Deo T.O.M. pro concessa gratia viribusque debitas per solvam gratias, Divinæque Majestati me studia-  
que mea & in futurum humillime commendem.

T A N T U M.







**ULB Halle**  
003 140 849

3



TA-FL



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13



DISSE<sup>PT</sup>TATI<sup>O</sup> JURIDICA,  
DE

**EXPENSIS LI-  
TIS ACTORIA  
REO SUBMINI-  
STRANDIS,**

Quam

DE O<sup>TER</sup> O. M. adnuente,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

**DN. JAC. FRIDERICO  
LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.

FAUTORE AC PRÆCEPTORE ÆTATEM COLENDO.

Ad diem Jan. MDCC XII.

IN AUDITORIO MAJORI  
Placido Eruditorum Examini submittit

**SAMUEL de COLOSERI,**

Eques Transylvanus.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

22

1712

186

17

5.